



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 42. Literarium bellum utrinque magno ardore hac in caussa gestum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII.
A. C. 1716. gandam, ut reipsa abrogat, tanquam opus, quod minime suum sit, atque Commentariis suis eradendam, seu Cancellis oblitterandam cum omnibus suis appendicibus, apposita ad marginem notula, qua conclusionis hodiernæ mentio fiat.

Atque ita conclusit venerandus D. Decanus, idque significavit Magister Le Roux, in Aulam ad id revocato, qui nulla prolata ratione, viva voce Conclusioni intercessit.

Publicata hac Facultatis conclusione ex variis, ut vocant, Decanatus triginta octo Parochi, qui antea Bullam Pontificiam promulgaverant ad Franciscum de Mailly Archiepiscopum literas dederunt, significantes quod & ipsi factam Constitutionis promulgationem revocassent.

§. XLII.

Literarium bellum utrinque magno ardore hac in causa gestum.

*Dorsanne
Journal.
pag. 262.*

Interim nec Parisiis deerant, qui imperterrito animo Pontificis auctoritatem lingua & calamo strenue propugnarent, & opposites Episcopos ob suam pervicaciam acrius redarguerent; ex his prior Franciscus Gabriel de He-

Henin - Lietard Alesanus Episcopus, ut Sæc. XVIII.
A. C. 1716.
creditum est, libellum supplicem hanc
in rem Mense Martio publici juris fecit:

Alterum ejus tenoris librum ad omnes
totius Orbis Episcopos directum sup-
presso nomine quidam Atrebatensis Bi-
bliopola imprimi curavit, atque ad om-
nes Episcopos, Magistratus, Doctores,
pluresque alios transmisit: illius Au-
thor credebatur P. Tellierus: tertio deni-
que vulgabatur alius libellus pariter
ad Episcopos omnes directus, qui ita
inscribatur: *Epistola Episcopi . . .
ad Episcopum . . .* in qua Author
Episcopos ad reprimendam Parisinæ
Facultatis audaciam hortatus, eos in-
citabat, ut Sorbonam frequentaturis
sacros Ordines conferre recusarent, e-
ditoque mandato declararent, deinceps
sacris Ordinibus non esse initiandos,
qui in quadam Universitate, quæ Con-
stitutionem non recepit, vel accepta-
tionem factam revocavit, studiis vaca-
verint. Hæc scripta Quesnelistæ per
ludibrium *classicum Jesuiticum* appellita-
bant, eorumque nonnulli ea confutare
nitebantur, & quidem primum epistola
*cujusdam Magistratus ad quemdam Episco-
pum*, alterum libello, cui titulus: *Re-
futatio utriusque seditiosi libelli exeunte
Mense Februario editi circa acceptationem
Constitutionis Unigenitus.* Eodem tem-

Sæc. XVIII. pore alius ex eorum officina prodit
 A. C. 1716. Liber 160. paginis constans, qui hunc
 titulum habuit: *Epistola cujusdam Theologi ad Episcopum circa hanc magni momenti quæstionem, an Jesuitas pro concionibus & confessionibus approbare permisum sit.* Posterior hæc Epistola Montepessulano Episcopo tam solide scripta videbatur, ut suæ Diæcesis Jesuitas omnes interdicto subjiceret, quo cognito Episcoporum non pauci Parisinos Jesuitas accessere, eorum vicem dolentes, & brevi pristini splendoris reparationem spondentes: quapropter mordaci admodum sarcasmo mox nonnulli hos Præsules impetebant, dicentes, *his Præsulibus firmiorem esse fidem in resurrectionem Jesuitarum, quam in resurrectionem mortuorum.* Insuper Pariliense Parlamentum die quarta Aprilis libellum, qui Tellerieo adscribebatur, tanquam seditiosum suo decreto suppressit.

§. XLIII.

Parisiensium Facultatis & Parlamenti indignatio contra Tolonensis Episcopi declarationem.

*Dorsette
 Journal
 pag. 263.*

Vix verbis exprimi valet, quam impotenti ira Parisienses quidam Doctores contra Tolonensis Episcopi declarationem, cujus jam supra mentionem